

Humač ^o *prope Ljubuški, in provincia Dalmatia (III 1790 = III S. 8484 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. supra N. 2379.* — 2) *Centurione legionis primae Adiutricis piae fidelis (de centurionibus legionariis cohortium auxiliarium curam agentibus cf. supra N. 2612 seq.).* — 3) *A. 173.*

3382 Libero | [*p*]atri et Li[*b*]ere, et Herelia[*n*]is et cervabu[*s*]¹ | Romanus Au[*g.*] n. | et Aur. Creste vo[*t.*] | posuerun[*t.*].

Ampeli (Zalatnae) in Dacia (III 1503 vidit Mommsen). — 1) *Hercliani et cervae fuerunt fortasse collegia duo virorum feminarumque cum Liberi et Liberae cultu nescio quo modo coniuncta (Momms.).*

3383 I. o. m. Fu[*l.*]¹ | et Iun. Re[*g.*] | et deo Lib. | et Hilare, | G. Iul. Serv[*an*]dus vet. [*et*] | Fl. Numisi[*us et*] | N]umisia[*nus*]

Naissi (III 1680. III S. 8248 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. N. 3047 seq.*

3384 deae Semelae et | sororibus eiuis | deabus ob honorem | sacri matratus | Reginia Paterna | mater nata et | facta aram po[*s*]uit | sub sacerdot[*e*] | Seranio Catullo | patre.

Coloniae Agrippinae rep. a. 1674 (Brambach 315 qui vidit).

3385 litoribus vestris quoniam certamin[*a*]¹ laetum ex[*h*]ibuisse iuvat, Castor venerandeque Pollux², munere pro tanto faciem certaminis ipsam, magna Iovis proles, vestra pro sede locavi, urbanis Catius³ gaudens me fascibus⁴ auctum Neptunoque patri ludos fecisse Sabinus³.

Ostiae (XIV 1 semel descripta saec. XV, a Cyriaco ut videtur). — 1) *certaine traditur.* — 2) *Ludos Castorum Ostiae a magistratibus urbanis (quarto p. Chr. saeculo a praefecto urbis) celebrari solitos memorant Polemius Silvius in fastis sub die 27 Ian. (cf. CIL. I ed. 2 p. 308), et Aethici quae dicebatur cosmographia (Geogr. Lat. min. ed. Riese p. 85), cf. praeterea Ammian. Marc. 19, 10, 4.* — 3) *Videtur esse Catius Sabinus qui consul iterum ordinarius fuit a. 216 (cf. supra N. 455).* — 4) *Significari videtur praetura urbana, in qua Catius Sabinus etiam Herculi carmen dedicavit infra N. 5402. Praetor Sabinus videtur fuisse sub Commodo.*

3386

. . Calvius P. f. P. n., C. Geminus C. f. Mateiclus aedem
Castoris Pollucis de s. s. faciendam pequ. sac. coeravere.

[*M.*]¹ Calvius M. f. P. n., C. Crassicius P. f. C. n. Verris, d. s. s. pro-
b[*aver. d*]edicar. [*q.*]

Corae (I 1150. X 6505 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXVIII a). Alterius exempli eiusdem tituli (in quo tamen nomina propria alio ordine videntur fuisse collocata) fragmenta sunt 11154 = X 6506. — 1) *Praenomen suppletum ex altero exemplo tituli.*

3387 | sacr[*um*] | Castori et Pol[*luci*] | Merula Ilvir. (*in utroque latere pileus stellatus et hasta*).

Veii rep., est Romae (XI 5777 vidit Bormann).